

Quare eorum evita fallaciam qui de exigentia finis loquantur; non enim finis est propter creaturam, sed creatura est propter finem; neque creatura finem exigit, sed finis libere a Deo electus creaturam exigit. Sicut enim alia animalia sunt propter hominem, ita homo est propter civitatem caelestem, et omnia sunt propter divinam bonitatem. Quod si praetermittitur, Deus et creatura ex aequo ponuntur; neque solum quaeritur quid Deo a creatura, sed etiam quid creaturae a Deo debeat.

Quibus perspectis atque salvis, nihil sane impedit quominus ipsi effectus divinae iustitiae inter se comparentur